## CAP. VIII.

### *Bellum Syriacum regis Antiochi.*

MAcedoniam statim, & regem Philip- 1
pum Antiochus excepit, quodam casu, quasi industria, sic adgubernante fortuna, ut quem-

VARIORUM.

BEllum adversus Antiochum Regem a Romanis gestum, scribunt Livius, lib. 34. & seqq.: Justinus, lib. 31: Appianus, Syriaco: Val. Max. 2, 5, 1: 3, 5, 1: 4, 1, 6: ext. 7, 3, 4: 8, 1, 1: in damnat. 9, 1, 4. ext. Gellius, 5, 5: Plutarchus, Scipione (& Cat. maj. cap. 22.): Auctor de vir. illustr. cap. 54: Eutrop. 4, 1: Oros. 4, 20: Frontinus, 4, 7, 30. Quo gestum sit tempore, docet Eusebius lib. temporum. *Camers.*

FREINSHEMII.

1. *Macedoniam statim*, &c. Videtur inferenda vox, *Mac. statim Syria*, &c. nam regnum regno, opponit regi.



Antiochus] *Regis effigies, in numismate aureo, apud F. Ursinum; item vide & ejus faciem apud* Vaillant. in Seleucid.

FREINSHEMII.

*Philippum Antiochus*] L. Ampelius: *per Paulum Consulem, Persen in Syria vicit regem Antiochum. Per Scipionem Æmil.* Legas per *Paul. Consulem, Persen; in Syria vicit regem Antiochum per Scipionem. Per Scip. Æmil. &c.*

*Quodam casu, quasi industria*] Nescio quomodo minus placet, an aliunde quid accessit. & Florus tantum scripsit, *quadam quasi industria.* supra, 1, 8, 1. *quadam fatorum industria*, infra, 4, 2, 61. *Plane quasi de industria captante fortuna, &c.* Similis observatio in Justino, 11, 15, 2: Curt. 6, 1, 19: 8, 10, 42. Tac. H. 2, 1, 1: Adde Acidal. ad Curt. 9, 7, 2.